



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 7. Principium 7. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Deducitur 3. Eum, qui accedit ad mulierem, dobitantem, si sua, non excusari ab Adulterio, si Mulier illa non fuerit uxor illius, uti Bonac. d. 2. de peccq. 8. pu. 3. n. 24. Vasq. Sanch. & alii docent.

§. VII.

PRINCIPIUM VII.

Non sunt facienda mala, ut eveniant bona.

Sensus.

Hoc est, non licet actionem ex natura sua illicitam esse, ut re velut medium ad bonum aliquem finem consequendum.

Authoritas.

Defumptum est ex S. Scriptura ad Rom. c. 13. & et cap. Super eo 4. de Usuris, illudque approbat & defendit Barboaxiom. 141. n. 3. cum pluribus aliis.

Ratio.

Quia velle malum est absolute peccatum; atqui intentio per quam aliquis actionem malam dirigit ad bonum finem non impedit, quò minus verè adhuc dicatur velle talem actionem malam, ergo nec impedit, quò minus peccet; peccare autem semper est illicitum.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Non esse licitum adhibere Sortilegia, ut Fures cognoscantur, & per horum punitionem quies publica conservetur, uti ex cap. 2. de Sortileg. colligitur.

Deducitur 2. Non esse concessum, ut aliquis pro vitiis terius redimenda usuras exerceat, uti in cap. Super eo 4. de usur. deciditur.

Deducitur 3. Non licere mendacium etiam minimum committere; ut per illud mala gravissima à Regno quotiens aut integro Mundo avertantur, uti in cap. Non arbitror 22. q. 2. dicitur.